

- A II. Querit solet, quomodo Mathusalē secundum annorū computationē viuere post diluvium potuerit, cū omnes preter eos qui in arcā ingressi sunt, perisse dicuntur. Sed hanc quæstionē plurium codicū mendositas peperit. Nō solū quippe in Hebreis aliter inuenitur, verum etiam in septuaginta interpretatione, Māthusalē in codicibus paucioribus, sed veraciorib⁹, sc̄x IIII. annos ante diluvium reperitur fuisse defunctus. Itē queritur, quæ ad modum potuerint angelī cum filiab⁹ hominū concubere, vnde gigantes nati esse perhibetur: quanvis nonnulli & Latini & Græci codices, non angelos habeant, sed filios dei, quos quidā ad foliū dam istam quæstionē iustos homines fuisse crediderunt, qui potuerint etiam angelorū nomine nūcupari.
- Malach. Nam de homine Joanne scriptū est, Ecce ego mitto angelū meū ante faciem tuam, qui præparabit viā tuā. Sed hoc mouet, quomodo vel ex hominī concubitu nati sint gigantes, vel feminis misere se potuerint, si nō homines sed angelī fuerint? Sed de gigantibus, id est, nūmī grandibus atq; fortibus, puto nō esse mirandum qd ex hominibus nasci potuerint, quia & post diluvium quidam tales fuisse reperiuntur: & quæd corpora hominū ad incredibilē modum ingēta, nostris quoq; tēporib⁹ extiterunt, non solū virorū, verū etiā B foeminarū. Vnde credibilius est homines iustos appellatos, vel angelos, vel filios dei, cōcupiscentia lapidos peccasse cū foemina, qd angelos carnem non habētes vlg ad illud peccatum dēcēdere potuisse: quāvis de quibū dāemonib⁹ qui sunt improbi mulieribus, à multis tam multa dicātur, vt non facile sit de IIII. hac re definienda sententia. De carā Noē querit solet, vtrum tanta capacitate quāta describitur, animalia omnia qd in eā ingressa dicitur, & eas corū ferre potuerit. Q uam quæstionē cubitū geometrico soluit Origenes, afferens non frustra scripturā dixisse, qd Moyles omni sapientia Egyptiorū fuerit eruditus, qui Geometricā dilexerūt. Cubitus autem Geometricū dicit tūm valere quantū nostra cubita sex valent. Si ergo tā magna cubita intelligamus, nulla questio est, tantā capacitatis arcā fuisse vt posset illa Cubitus geometricus.
- V. omnia contūre. Itē queritur, vtrum arca tam magna centū annis potuerit fabricari à quatuor hominibus, id est, Noē & tribus filiis eius. Sed si non potuit, non erat magnū fabros alios adhibere: quanvis operis sui mercede accepta nō curauerint vtrum eā Noē sapienter, an vero inaniter fabricaret. Et ideo nō C in eam intrauerit, quia non crederidet quod ille crederat. Q uod ait cum de arce fabricatione loqueret, Inferiora bicamerata & tricamerata facies ea: querit solet, Num inferiora futura erāt bicamerata & tricamerata. Sed in hac distinctione totā structuram eius intelligi voluit, vt haberet inferiora, habere ret medie & superiora, quæ appellatur tricamerata. In prima quippe habitatione, id est in inferiorib⁹ semel camerata erat arca, in secunda vero habitatione supra inferiorē bicamerata erat, ac per hoc in tertia supra secundā tricamerata erat. Q uoniam non solū viuere, sed etiā paci in arca animalia deus dixit, & iussit vt Noē ab oībus efcis sumeret sibi & illis quæ ad illū fuerant ingressura. Q uerit quō ibi leones vel aquila, quæ consueverunt carnibus viuere, paci potuerint vtrū & animalis præter illū numerū propter aliorū efcā fuerint intronissa, an aliqua præter carnes, quod magis credendum est, à viro sapiete, vel deo demonstrante prouisa sint, quæ talium quoq; animantū efcis conuenirent. Q uod scriptū est, A volatilibus mundis, & à volatilibus immundis, & à pecoribus mundis, & à pecoribus immundis, & ab oīb⁹ serpētibus in terra: quod deinde nō additur, subaudiatur mundis & immundis: & adiungitur, Duo & duo intrauerūt ad Noē in arcā, masculus & foemina. Queritur quomodo superius distinxerit duo & duo ab immundis: nunc autē siue à mundis siue ab immundis duo & duo dicat intrasse. Sed hoc refertur nō ad numerū mundorum vel immundorum animalium, sed ad masculū & foeminā, quæ in omnibus siue mundis siue immundis duo sunt masculus & foemina. Notandā IX. quod scriptum est, In quo est spiritus vite: non solum de hominib⁹, sed etiā de pecoribus dicitur: propter illud quod quidam de spiritu sancto volunt intelligere, vbi scriptum est, Et insufflavit deus in facie eius spiritum Gen. 2, 7. vita: quod melius quidā codices habent, flatū vite. De montiū altitudine, quam omnē scriptū X. est transversisse aqua cubitis quindecim, quidā non recte dubitant propter Olympi mōtū historiam. Si enim terra inuadere potuit spatiū tranquilli illius aéri, vbi dicitur nec nubes videris, ne vetos sentiri, cur nō & aqua crescendo? Quod scriptū est, Ex. 26, XI. altata est aqua super terrā centū quinquaginta dies. Q uæritur vtrum vīsp ad hunc diem creuerit, an per tot dies in altitudine qua creuerat māserit: quoniam ali⁹ interpres planius videntur hoc dicere. Nā A quila dixit, obtinuit: Symmachus, preualuerit aque. Q uod scriptū est, exaltatā esse aquam post cen-tum quinquaginta dies, & adductum esse spiritum su-per terram, & desīse aquam: & cōclusos fontes abyssi, & cataractas coeli, & detentam pluviā de cœlo. E Q uæritur vtrū post centum quinquaginta dies hec facta sint, an per recapitulationem omnia commemo-rata sint, qd post quadraginta dies pluiae fieri co-herunt: vt hoc solū ad cētum quinquaginta dies per-tineat, quod vlg ad ipsos aqua exaltata est: aut de fontibus abyssi cessante iam pluviā, aut quia māsit in altitudine sua, dum in illo spiritu siccaretur. Cetera ve-ro quæ dicta sunt, nō post centum quinquaginta dies omnia facta sint, sed cōmemorata sint omnia, que ex fine quadraginta dierū fieri cōperunt. Q uod XIII. scriptū est, dum illum esse corū, nec rediisse: & dimis-sam post eum columba, & ipsam rediisse, qd non inueniūt reque pedib⁹ suis, quæstio solet oboriri. Vtrū corū mortua sit, an aliquo modo viuere potuerit: quia vīsp siuit terra vbi requiesceret, etiam columba requiē potuit inuenire pedib⁹ suis. Vnde coniicitur à multis qd cadaveri potuerit corū inuidere, qd columba naturaliter refugit. Item questio est qd XIV. columba non inueniret vbi resideret, si iam sicut narra-tionis ordo contextur, nūdata fuerat cacumina mōtū. Q uoq; questio videtur per recapitulationē posse dissolui, vt ea posterius narrata intelligantur, quæ F prius facta sunt, an potius aquæ nondū siccate fuerāt. Q uid sibi vult quod dñs dicit, Nō adiūciā adhuc XV. maledicere super terrā propter opera hominī, quia apposita est mens hominis ad malitiam ab iuuentute: Non adiūciā ergo adhuc percutere omnem carnē vi-vam, quemadmodū feci. Et deinde iungit quæ secundū largitatē bonitatis suā donat hominibus indi-gnis. Vtrū hic testamenti noui indulgētia figurata sit, & præterita vītū ad vetus pertineat testamentū: hoc est illud ad legis seueritatem, hoc ad gratiæ boni-tatem. Q uid est, Et de manu fratris hominis XVI. exquirā animā hominis? An omnē hominē fratrem eius hominis nomine intelligi voluit, secundū cognationem ex uno ductā. Q uerit quare peccans XVII. Cham in patris offensā, non in seipso, sed in filio suo Chanaā maledicitur? Nisi quia prophetatū est, ter-rā Chanaā electis Chananeis inde & debellatis, ac cepturos fuisse filios Isrāel qd veniret de femme Sem.
- VIII. Q uæritur quomodo dicitur si de Memroth: hic coepit esse gigas super terrā: cū gigantes & antea natos scriptura cōmemoret. An forte quia post diluvium nouitas generis humani reparādi de novo cōmemoratur, in qua nouitate hic coepit esse gigas super terrā. Q uæritur quid sit, Et Heber natū sunt filii duo, no-men vnius Phalech, quia in dieb⁹ eius diuisa est ter-